

**Theologia Scholastica Secundum Viam Et Doctrinam D.
Thomæ Aquinatis, Doctoris Angelici**

In Celebri Archiepiscopali Benedictina Universitate Salisburgensi, methodo
& norma ibidem usitata publicè tradita, & in IV. Tomos digesta ; Qvorvm
Primvs Tractat De Deo Vno Et Trino, Deq[ue] Creatura Angelica ...

Mezger, Paul

Augustæ Vindelicorum, 1695

Articulus II. Quænam Scientia Dei sit causa rerum?

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73455](#)

suae veritatis & certitudinis habet objectum, & in tatione mensuratur ab ipso dependet: at vero, si divina scientia non est causa rerum, non ipsa sibi commenatur & adaequat objectum; sed certitudinem & veritatem suam fortuit per sui commen- surationem ad objectum, utpote cuius veritatem supponit; neque ideo res ita sunt, quia DEUS ita cognoscit; sed DEUS ita novit, quia ita sunt: ergo etiam in sua veritate ab objecto mensuratur, ab eo que dependet.

Certe ideo nostra scientia mensuram accipit a scibili, quia scibilium veritas objectiva prior est, quam nostra scientia, eique præsupposita: neque ideo vera est scientia, quia res ipsi, sed quia ipsa rebus consonat, ut enim S. D. in 1. 2. q. 93. a. 1. ad 3. intellectus humanus est mensuratus a rebus, ut scilicet conceptus hominis non sit verus propter se ipsum, sed dicitur verus ex eo, quod consonat rebus. Ergo si divina quoque scientia scibilium veritatem præsupponeret, nec ipsam cauferet, jam quoque veritas scientia mensuraretur a rebus: ideo namque res cognoscetur qui sunt: ideo hoc non alio modo nollet, quia ita, non alter fuit: adeoque sua veritatis perfectionem non a se, sed ab objecto haberet, quod dici non potest: ut enim Boët. 5. de conf. DEUS prescientiam suam non a rebus creatis, sed a propria simplicitate for- tuit est.

6. Hæc ipsa tamē causalitas hucusque asserta divina scientia convenit ex coniunctione cum voluntate divina, ut S. Script. significat ad Eph. 1. dicens: DEUM omnia operari secundum consilium voluntatis sua. Ubi conflito, quod est actus intellectus, jungitur voluntas. Et ratio est: quod scientia divina ex se est indifferens, ut sit speculativa, vel practica, ut ponat, vel non ponat effectum, neque ex se habet formalem libertatem. Ut ergo potius sit practica, quam speculativa, sitque libera rerum causa, indiget aliquo libero principio determinante & inclinante ad certum effectum, quod non est nisi divina voluntas, seu primum movens & applicans, ac formalis ratio libera operationis quæ talis.

Ideo si quando S. Script. productionem rerum divinae voluntati adscribit, ut Apoc. 4. per tuam voluntatem facta sunt omnia, non ideo eandem productionem scientia subtrahit, quam aliis locis tribui supra vidimus, sed illud solum significat, utrique potentia tribuendam esse effectivam rerum productionem; voluntati quidem ut primo determinanti; intellectui vero ut imperanti & exequenti.

7. Ex quo etiam capite superfluum censemus po-

ARTICULUS II.

Quænam DEI scientia sit causa rerum?

S U M M A R I A.

1. Explicatur diviso scientia in simplicis intelligentia, & visionis.
2. Est adequata.
3. Una est abstractiva; altera intuitiva.
4. Scientia simplicis intelligentia est directiva & causativa rerum quasi in actu primo.
5. Sola scientia visionis est causa in actu se- cundo.
6. Responso Adversariorum evenit.
7. Quomodo rerum existentia pertineat ad objectum simplicis intelligentie?
8. Scientia qua est causa rerum, est scientia op- probacionis.
9. Scientia debet cognoscere objectum, quod causa.
10. Actus imperii, quo creatura producuntur, per- tinet ad scientiam visionis.

11. Ans.

tentiam executivam ab intellectu & scientia practica DEI virtualiter distinguitur: Tum quia in scripturis citatis immediata rerum producio divino imperio, quod est actus scientia practica, tribuitur, ut adeo post illum actum imperii nihil exequendum superfit: tum quia executiva, ut distincta a potentia rationalibus, pertinet ad gradum sensitivum illius naturæ, quæ ex parte corporis difficultatem sentit, ad obedientiam rationis imperio, ut proinde virtute quâdam ministeriali indiget, quâ illa difficultas supereretur. Quod totum ob imperfectionem adjunctum à DEO exultat,

§. II.

Solvuntur objectiones.

O pponitur primò duplex authoritas D. Th. pri- mò ex q. 2. de verit. a. 14. in c. ubi dicit: quod res non sint a DEO per scientiam, sed per libertatem voluntatis. & q. 10. de verit. a. 3. in c. præscientiam DEI non importare universaliter ha- bitudinem causæ respectu corrum, quorum est, sic praedestinatio.

R esponeo. In priori loco mentem & sensum S. Doctoris esse, quod res non causentur per scientiam DEI, ut præcisè scientia est, inclusa nempe voluntate; sed ut est practica, habens adjunctam voluntatem, & vocatur scientia approbationis, prout patet ex contextu & claro textu hoc a. 8. ad 3. quem seq. art. commodiū referemus.

In secundo vero loco S. D. significat, præ- scientiam latius extendit, quām praedestinatio: ista enim cum tantummodo sit bonorum, semper dicit habitudinem causæ, ad omnia obiecta, quæ attingit; præscientia vero cum sit etiam malorum, non dicit habitudinem causæ ad omnia obiecta, sed quæ se extendit, sed tantum ad bona, respectu quorum habet adjunctum positivum decretum DEI, id est præcisè & scientia approbationis; respectu malorum vero tantum est scientia speculativa, habens adjunctum tantummodo decretum permisivum.

Oppones secundò. Sicut actus proprius potest effectiva est efficere; sic proprius adus potentia intellectiva est intelligere suum obiectum; ergo sicut potentia effectiva non intelligit; sic intellectiva non efficit suum obiectum.

R esp. disting. 1. membrum consequentia: po- tentia effectiva non intelligit; præcisè sub qualitate est effectiva, concedo, sub alia, nego: sic neque intellectus efficit præcisè sub qua ratione est speculativus & intellectivus, translat; sub qua ratione est practicus, imperatus, & efficax, nego consequentiam.

11. *Autoritates pro causali propositione, ideo erunt creature, quia DEUS fecit.*
12. *Eadem causalis est Doctoris Angelici.*
13. *Autoritas Origenis in opusculum soluta à S. Doctore.*
14. *Aliæ autoritates ex SS. PP. exponuntur.*
15. *Explicatur textus S. Doct.*
16. 17. *Eis paritas, sed non adequata inter scientiam DEI, & artificis creati.*
18. *Scientia visionis non supponit objectum.*
19. *Quomodo decretum efficax habeat existentiam pro objecto?*
20. *Non sequitur, DEU Messe causam malorum.*
21. *Neque sequitur tolli libertatem arbitrii.*

§. I.

Diviso in scientiam simplicis intelligentiae & visionis.

1. **Celebris est divisio divinae scientie, quā absque aliquo intrinseco virtutal distinctione ex parte formalis objecti (ideo quod servans rationem attributum) tantum extrinsecus & connotativus ex parte materialium objectorum dividitur in scientiam simplicis intelligentiae, & scientiam visionis: quam illa est scientia divina ut terminata ad quidditates possibilis, constitutas extra statum actualis existentia. Visionis dicitur eadem divina scientia, prout terminatur ad res ut habentes coniunctionem existendi sive in propria, sive in alienamenta aternitatis.**

2. **Hanc divisionem alero esse ad æquatas, ut potest de ceteris ex membris contradictriori oppositis, que medium non admittunt. Aut enim objecta sunt habitus existentiam, & sic terminant scientiam visionis, aut non sunt habitus existentiam, & sic terminant scientiam simplicis intelligentiae.**

3. **Ceterum proprietas scientie visionis est, quod in intuitiva, ut econtra simplicis intelligentiae, quod si abtractiva. Ratio est, quia per hoc notitia intuitiva distinguitur ab abstractiva, quod illa terminetur ad objectum ut extra causas existens, & praesens in aliqua duratione, ut enim S. D. q. 3. d. verit. a. 3. ad 8. visio addit *supra similitudinem cognoscere aliiquid extra genus notitiae, quod est existentiae!* Atqui sola scientia visionis terminatur ad objecta existentia, sibique in mensura eternitatis presentia; non autem scientia simplicis intelligentiae: ergo illa est scientia intuitiva: (ex quo capite etiam vocatur scientia visionis) non autem ita.**

His positis controvertitur: cuinam ex modo exppositi scientie competit efficacia causandi, an illi, qui dicitur scientia simplicis intelligentiae, vel potius alteri, quam vocamus scientiam visionis, qui quidem controverbia magni ponderis in ordine ad frequentes questiones elucidandas. & pro scientia simplicis intelligentiae pugnant Aenfis, Richardus, & plerique Recentiores; pro scientia visionis Ichola Thomistica.

§. II.

Causalitas effectiva scientie visionis adfruiatur.

+ **CONCLUSIO. Etsi scientia simplicis intelligentiae (1.) remota & mediatè quasi in actu R. P. Mezg. Theol. Schol. Tom. I.**

primo (2.) & directiva rerum causa dici possit: (3.) scientia tamen, quā DEUS in actu secundo res omnes efficit, non est scientia simplicis intelligentiae, sed visionis. Tam prima, quam secunda pars ostenditur ratione S. Doct. scientia divina ita se habet in mente divina, sicut ars in mente artificis: sed ars in mente artificis prout antecedit determinationem propriæ voluntatis ad opus, ita tantum est causa artefactorum virtute & in actu primo, concurrit quoque directivæ ad opus artificiatum, ostendendo finem, & exhibendo ideam operis: ergo scientia divina ut antecedit Decretum voluntatis divina, sic est causa rerum directiva, & in actu primo.

Tertiæ partis ratio est primò. Illa scientia est causa rerum, qua sequitur decretum divina voluntatis: aqui sola scientia visionis, non vero simplicis intelligentiae, sequitur & præsupponit decretum divina voluntatis: ergo sola scientia visionis, non autem simplicis intelligentiae scientia est causa rerum. Major est S. Doct. in 1. dist. 39. a. 1. ad 5. dicentis: *ejus sum (DEI) non subiectet libertati voluntatis, scilicet scire operarivum creatura. Et a. 3. ad 1. scire Divinum respectu futurorum est subiectum libertati voluntatis.*

Constat etiam ex dupli capite: primò, quia scientia qua est causa rerum, est scientia libera, cum DEUS nihil necessariò ad extra operetur: sed scientia libera supponit decretum voluntatis divinae, seu primum liberum, & rationem omnis libertatis tam divina, quam creatrix, ergo scientia, qua est causa rerum, supponit Decretum voluntatis. Secundò: quia scientia practica, qua est causa rerum, est scientia rerum existentium: sed ista supponit decretum divina voluntatis, quia ut in decursu pluribus patet, existentia creata in esse sive presenti, sive futuro, dependet à determinatione divini decreti liberi, & ideo D. Th. de Verit. q. 2. a. 13. dicit: *Scientia DEI secundum quod ordinatur ad opus, quod facit voluntas, tantum est existentium in presenti, prius, vel futuro. ergo.*

Minor principalis itidem probatur. Diversitas & divisione scientie in scientiam visionis & simplicis intelligentiae accipitur ex objectis materialibus, quod ista sit circa quidditates præscindentes ab exercicio existendi: illa vero circa res ut habentes exercitum existentiam: sed quidditates possibilis non supponunt decretum voluntatis, utpote necessariò connexa cum omnipotente divina & objectum scientie necessaria. Econtra objectum visionis supponit decretum: eo quod implicet actualis existentia aut futuritudo rerum præsupposita decreto divino seu causa prima & primo libero, ut infra latius ostendetur: ergo sola scientia visionis, non autem scientia simplicis intelligentiae præsupponit decretum voluntatis divinae.

Quod porro scientia visionis in hoc distinguatur à scientia simplicis intelligentiae, quod sit circa creature actuales, & non tantum possibilis, vel nunquam habituras actualem existentiam, cum econtra simplicis intelligentiae scientia quidditatis possibilis, vel ad actualem existen-

existentiam nunquam perventur^z limites non
excedat, in terminis habet S. Doct. h[ab]it. a. 9.
dicens: quadam licet non sint aliis, tamen vel
fuerunt, vel erant, & omnia ista DEUS dicitur
scire scientia visionis. Quadam vero sunt, qua sunt
in potentia DEI, vel creaturae, que tamen nec sunt
nec erunt, neque fuerunt, & respectu horum non
dicitur habere scientiam visionis, sed simplicis in-
telligentia.

ne omnium habituum intellectualium prædictorum, & artium, nihil ab ipsis effici, cupit notitiā careant: atque circa creaturas existentes & futuras non versatur scientia simplicis intelligentiæ, cum sit scientia possibilium, & ut dicit S. Doct. cit. a. 9. eorum, que nec sunt, nec fuerint, nec erunt unquam: at contraria scientia visionis est eorum, quæ vel sunt, vel fuerint, vel erunt: ergo non scientia simplicis intelligentiæ, sed visionis est causa rerum.

Probatur quarto, DEUS productus creaturam¹⁰, per actum imperii, sed actus imperii pertinet ad scientiam visionis: ergo productio creaturarum pertinet ad scientiam visionis. Major supponitur ex dicendis. Minot probatur: actus practicus & liber intellectus pertinet ad scientiam visionis, non simplicis intelligentia, quia presupponit voluntatis electionem; sed imperium est actus practicus intellectus proxime procedens & ordinatus ad executionem, seu potius ipsa executio, ergo.

§. III.

Creaturæ sunt futuræ, quia DEVS videt.

Facit in confirmationem præsentis doctrinæ, celebris illa causalis, cuius in §. 1. mentionem fecimus, in qua præcipue notandum, quod SS. PP. voce visionis (ne pro libitu à scientia visionis verba detorquere cuicunque licet) utinam; nam præter textum sūp. allegatum S. Augustinus l. 13. Confess. c. 38. ita loquitur: *Nos itaque, quia tu facisti, videmus, quia sunt, tu autem, Quid VIDES, ea sunt.* Et nos foris videmus quia sunt; & intus, quia bona sunt; *Tu autem ubi Vides, STI facta, ibi vidisti factenda.* S. quoque Gregor. 20. Moral. c. 23. que sunt, non ab aeternitate ejus IDEO VIDENTUR, QUIDA SUNT; sed IDEO SUNT, QUIDA VIDENTUR. & rursus l. 3. c. 6. Non existentia VIDENDO creat, existentia VIDENDO continet.

Hanc ipsam causalem tradidit Magister sent. in
1. dist. 38. eamque ratione firmavit, cum dicit:
Neque res *futura* *causa* sunt praesentia DEI, nec
enim non essent *futura*, nisi prescientur a DEO;
non tamen idem praescientur a DEO, quia *futura*
sunt: si enim hoc esset, tunc ejus, quod aeternum est,
aliquid existere causa ab eo alienum, ab eo diver-
sum; et ex creaturis penderit scientia creatorum &
creatum est in creatura causa, &c.

Caterum de mente Doctoris Angelici non est
locus dubitandi: nam præter expositionem Ong-
nisi mox allegandam, crebro inculcat, in hoc dif-
ferte Divinam humanam cognitionem, quod
ista pendeat & mensuratur a rebus; Divina vero
res ipsas mensuret, sibiique adæquet; nec proinde
illas præsupponat, sed sit prior ipsis rebus. Ita lo-
quitur hic a. 8. ad 3. & inq. a. 16. a. 1. Clarissimum
verò in 1. 2. q. 93. a. 1. ad 3. dicens:
Ratio intellectus Divini aliter se habet ad
res, quam ratio humani intellectus: init-
eetus enim humanus est mensuratus a rebus,
ut scilicet conceptus hominis non sit verus pro-
ter se ipsum, sed dicitur verus, ex eo quid
consonat rebus: intellectus vero Divinus est
mensura rerum: quia unaquaque res in tantum
habet

- existentiam nunquam perturba limites non excedat, in terminis habet S. Doct. hic. a. 9. dicens: *quedam licet non sint actus, tamen vel fuerunt, vel erunt, & omnia ista DEUS dicuntur scire scientiam visionis. Quedam vero sunt, quae sunt in potentia DEI, vel creatura, quae tamen nec sunt nec erunt, neque fuerunt, & respectu horum non dicuntur habere scientiam visionis, sed simplicis intelligentia.*

Ex hoc ruit Adversariorum responso, quā dicunt: scientiam quidem simplicis intelligentia, prout se sola circa possibilia occupatur, non esse rerum causam, esse tamen rerum causam adjunctā efficaci voluntate DEI, cui ratum habetur, ut fiat, quod illa dictat. Ponit enim hæc responso repugnantiam in adjecto, & hoc ipso tollit scientiam simplicis intelligentia, quod illam cum efficaci voluntate conjungit: quia ex hac coniunctione objectum simplicis intelligentia mutatur in objectum visionis, dum de possibili transiit in existens, ut ex dicendis patet, adeoque scientia Divina definit esse simplicis intelligentia, & accipit denominationem visionis.

Neque dicas: ipsam quoque existentiam rerum objici scientia possibilium, cùm utique & existentia intra quidditatem possibilium cumulum continetur; praesertim si à rerum essentiis non distinguatur? ergo scientia visionis non ideo distinguetur à scientia possibilium, quod ista rerum quidditates, illa existentiam attingat.

Nam Resp. Existentiam in numero quidditatum, qua scientia simplicis intelligentia obiectiuntur, non comparare ut in actu exercito cum essentiā coniunctam, sive sub ratione actū terminantis, sed solum ut in actu signato, & sub ratione possibiliter terminantis, quia non nisi ex libero divina voluntatis decreto actualem coniunctionem cum essentiā accipit, sive illa coniunctio sit per realem compositionem, ut Thomistæ volunt, sive per compositionem rationis fundatam nihilominus in reali productione, ut ex Adversario concedunt.

Probatur assertio nostra secundò. Scientia DEI, qua est causa rerum, est scientia approbationis, ut habet S. D. hic a. 8. atqui ista non pertinet ad scientiam simplicis intelligentia, sed ad scientiam visionis. ergo. Minor probatur: scientia determinata ad producendum effectum, & supponens voluntatem beneplaciti non pertinet ad scientiam simplicis intelligentia; cum scientia simplicis intelligentia ut sic sit indifferens & præsupposita actui voluntatis; sed scientia approbationis est determinata ad producendum effectum, & supponit voluntatem beneplaciti: ergo scientia approbationis non pertinet ad scientiam simplicis intelligentia, sed visionis, unde D. Th. cit. a. 8. *Cum forma intelligibilis, inquit, ad opposita se habeat, non produceret determinatum effectum, nisi determinaretur ad unum per appetitum*

Probatur tertio. Implicat causati ab aliqua scientia, cujus illa non habet notitiam: ut enim habet vulgarium illud Medicorum: *quod ignoras medicina, non eras; & constat induc-*

ne omnium habituum intellectualium practicorum, & artium, nihil ab ipsis effici, cujus notitia careant: atque circa creature existentes & futuras non versatur scientia simplicis intelligentia, cùm sit scientia possibilium, & ut dicit S. Doct. cit. a. 9. *corum, que nec sunt, nec fuerunt, nec erunt unquam: at contra scientia visionis est eorum, quæ vel sunt, vel fuerunt, vel erunt: ergo non scientia simplicis intelligentia, sed visionis est causa rerum.*

Probatur quartò. DEUS producit creature per actum imperii, sed actus imperii pertinet ad scientiam visionis: ergo producio creaturarum pertinet ad scientiam visionis. Major supponitur ex dicendis. Minor probatur: actus practicus & liber intellectus pertinet ad scientiam visionis, non simplicis intelligentia, quia præsupponit voluntatis electionem; sed imperium est actus practicus intellectus proxime procedens & ordinatus ad executionem, seu potius ipsa executio. ergo.

S. III.

Creatura sunt future, quia DEUS videt.

Facit in confirmationem prædictis doctrinæ celebris illa causalis, cuius in §. 1. mentionem fecimus, in qua præcipue notandum, quod SS. PP. voce visionis (ne pro libito à scientia visionis verba detorquere cuique licet) utantur; nam prater textum sup. allegatum S. Augustinus l. 13. Confess. c. 38. ita loquitur: *Nos itaque, quæ tu fecisti, videntem, quia sunt, tu autem, QUILA VIDES, ea sunt. Er nos foris videntem quia sunt, & intus, quia bona sunt; Tu autem ubi VIDENTIIS facta, ibi visisti facienda. S. quoque Giger. 20. Moral. c. 23. quia sunt, non ab aeternitate ejus IDEO VIDENTUR, QUILA SUNT; sed IDEO SUNT, QUILA VIDENTUR. At rursus l. 32. c. 6. Non existentia VIDENDO creat, existentia VIDENDO continet.*

Hanc ipsam causalem tradidit Magister sent. in 1. diff. 38. canique ratione firmavit, cùm dicit: *Neque res futura causa sunt præscientia DEI, hinc enim non efficit future, nisi præscientur à DEO; non tamen ideo præscientur à DEO, quia futura sunt: si enim hoc esset, tunc ejus, quod aeternum est, aliquid existenter causa ab eo alienum, ab eo diversum; & ex creaturis penderet scientia creationis & creaturæ esset increata causa, &c.*

Ceterum de mente Doctoris Angelici non est locus dubitandi: nam prater expositionem Origenis mox allegandam, crebro inculcat, in hoc dilectione Divinam humanamque cognitionem, quod illa pendeat & mensuretur a rebus; Divina vero res ipsa mensuratur, sibiique adaequat; nec proinde illas præsupponat, sed sit prior ipsis rebus. Ita loquitur hic a. 8. ad 3. & infra q. 16. a. 1. Clarissimum verò in 1. 2. q. 93. a. 1. ad 3. dicens: *Ratio intellectus Divini alter se habet ad res, quam ratio humani intellectus: intellectus enim humanus est mensuratur a rebus, ut feliciter conceptus hominis non sit versus properter se ipsum, sed dicitur versus, ex eo quod confonatur rebus: intellectus vero Divinus est mensura rerum: quia unaquaque res in ratione habet*

habet veritatem, in quantum imitatur intellectum
Divinum, ut dicitur est in 1. p.

Ex quibus si arguo: si veritas objectiva rerum
pendet, cauiatur, mensuratur à scientia Divina,
unc illa est causa rerum, estque vera ista causalis:
res sunt & erunt, quia DEUS scit esse, vel forte:
qui antecedens est verum ex S. D. ergo & con-
sequens.

Objicunt nobis Adversarii plures PP. authori-
tates, & audent dicere sere omnes PP. contra no-
stram sententiam conspirare. In primis Orig. ad
c. 8. epist. ad Rom. dicentem: non propterea ali-
qua, quia scit DEUS futurum, sed quia futu-
rum est, scitur à DEO. Sed mirum est ab Ad-
versariis in suum favorem trahi Originem, quem
sibi object. & explicit pridem S. D. hic. a. 8.
ad 1. Dicendum, quod Origenes locutus est atten-
dans rationem (scientiam), cui non competit ratio causalitatis, nisi adjuncta voluntate, sed quod dicit,
ideo preferre DEUM aliquam, quia sunt futura,
intelligendum est secundum causam consequentie,
non secundum causam essendi. Sequitur enim, si
aliqua sunt futura, quod DEVS ea praescit; non
tamen res futura sunt causa, quod DEVS sciat.
Rursus eundem Originem q. 2. de verit. a. 14. ad
1. sic expont: Dicendum est, quod intentio Ori-
genis est dicere, quod scientia DEI non est causa,
qua inducit necessitatem in seculo, ut ex hoc cogatur
aliquid esse, quia DEVS illud scit. Nec alia
mens tunc D. Anselmo, cum in lib. de concordia
script. Si praescientia DEI trahatur voluntatem no-
stram ad id, quod praescivit, DEVS futura libera
non praescivit, sed fingere.

14. Nihilominus objicunt ulterius Justinum qq.
ad Orthodoxos, respns. 58. dicentem: non est pre-
dictio causae, quod futurum erat, sed quod fu-
turum erat, causa est prævisionis. Hieron. in c.
26. Hieron. non ex eo, quod DEVS scit futurum
aliquid, idcirco futurum est; sed quia futurum
est, DEVS novit. Damaf. dial. adv. Manichæos,
Vi DEVS, que facturi sumus, praesciat, a no-
bis præficietur. Nam si facturi non essemus, nec
ipse quidem, quod futurum erat, prænoscere. Et c.
Respondeo primò retorquendo argumentum:
SS. PP. ad Adversarios allegati absolute negant,
quod scientia sit causa ejus, quod futurum est: ergo
non est major ratio, cur debeant accipi de
scientia visionis, quam de scientia simplicis intel-
ligentiae: at conqueles pugnat contra Adver-
sarios afferentes, scientiam simplicis intelligentiae
sit causa rerum. Certe si nostras authoritates,
quas Adversarii opponimus, ipsis licet interpre-
tari de scientia absoluta sumpta, quantumvis SS.
PP. utatur verbo visionis, cur in hisce allegatio-
nibus SS. PP. iolum de scientia visionis & non de
scientia simplicis intelligentiae sint intelligendi,
cum utatur absolute vocabulo scientia?

Respondeo secundò. juxta expositionem S.
D. 2. lupit datam: SS. PP. cum negant res ideo
esse futuras, quia sciuntur à DEO, loqui de scien-
tia præcisè secundum rationem Scientiæ, secun-
dum quam non habet causalitatem, cum aliqui
scientia foret causa malorum; sed quatenus habet
adjunctam voluntatem, estque scientia approba-
tionis. Rursus: cum dicunt res futuras præno-
sci, quia sunt futurae loqui in sensu illativo, non

causalis, & secundum causam consequentie, non se-
cundum causam essendi.

Addo, quod plerique SS. PP. ut citatus Dama-
scenus, loquantur de scientia peccatorum, quo-
rum respectu scientia DEI nullam exercet causalitatem,
estque non practica, sed speculativa.

§. IV.

Solvuntur objectiones Adversariorum.

Obijices primò ipsum Angelicum Doctorem,^{15.}
q. 2. de Verit. a. 14. inc. dicentem, quod res
non sint à DEO per scientiam, sed per libertatem
voluntatis. Et q. 10. de Verit. a. 3. in c. præscien-
tiam DEI non importare universaliter habitudinem
causa respectu eorum, quorum est, sicut prædefini-
tio. Ethica. 8. dicit: quod illa scientia est cau-
sa rerum, qua cum ex se sit indifferens ad opposita,
ex determinatione voluntatis producit determina-
tum effectum. Atqui (subluminis) hoc non est
scientia visionis: ergo ista non est causa rerum.

Verum hoc & similia nobis nihil officiunt:
Non primum, quia plus illo loco non vult S. D.
quam quod res non sint à DEO per scientiam, ut
præcise habet rationem scientiae absque adjuncta
voluntate, non autem per scientiam ut practicam,
& cum decreto voluntatis conjunctam, per quam
res caufari alii locis quam plurimis docet.

Non obest secundum, quia tantum significa-
tur, præscientiam latius extendi, quam præde-
stinationem: ista enim cum solummodo sit bonum,
dicit habitudinem causa ad omnia objecta,
qua attingit: illa vero, quia est etiam malorum,
non dicit habitudinem causa ad omnia objecta,
sed ad bona solum, quia tantum respectu istorum
est practica, & conjuncta cum positivo decreto
DEI. Non tertium, quia pro nobis contra Ad-
versarios facit: sensus enim est, quod scientia,
qua secundum se absolute spectata (ideo dicit ex
se) præsuppositio est indifferens, ut operetur,
vel non operetur objectum, adjuncta determina-
tione voluntatis (qua jam constituitur practica &
scientia visionis) producat determinatum effec-
tum, si autem maneret scientia simplicis intel-
ligentiae, etiam maneret indifferens, & ut indiffe-
rens nihil determinatum produceret. ut enim ipse
S. D. hic a. 8. cùm forma intelligibilis ad opposita
se habeat, non produceret determinatum effectum,
nisi determinaretur ad unum per appetitum. Unde
& i. ad Annibald. dist. 38. a. 2. Ex scientia DEI,
inquit, non procedit opus, nisi mediante voluntate
operante.

Objic. secundò. Juxta S. D. ita se habet scien-^{16.}
tia visionis ad res creatas, sicut scientia artificis ad
res artefactas: sed artifex causat artefacta non per
scientiam intuitivam operis artefacti; causat vero
per scientiam directivam voluntatis, & ostensivam
finis, ergo similiter DEUS res creatas non causat
per scientiam intuitivam suorum operum, sed
per scientiam directivam, quia est scientia simplicis
intelligence.

Respondeo, majorem esse veram, demptis im-
perfectionibus, licet enim scientia DEI & artifi-
cis in hoc convenienter, quod utraque ditigat, im-
peret, & intueatur suum opus, est tamen duplex

nota

Q. 2.

notabilis differentia. Primo, quod in artifice creato potentia executiva plerumque sit ab intellectu & voluntate realiter distincta, nec proinde per solum imperium efficaciter operetur & exequatur effectum, econtra potentia executiva DEI solo intellectu & voluntate operantis ab ejus efficaci imperio formaliter immanente & virtualiter transeunte non sit distincta. Secundo, quod finitam operationem & executionem artificis res artefacta non amplius in conservari ab ipso dependeat: unde cognitio (operis jam positi) intuitiva in artifice creato non est amplius practica, sed speculativa. Econtra omnes creature etiam in conservari dependent ab executiva potentia, & scientia practica DEI, ut enim dicebat D. Gregorius sup. cit. non existentia videndo creat, & existentia vidento continet, hoc est, conservat: Itaque in hoc est paritas, quod sicuti non sola scientia artificis quatenus directiva, sed etiam quatenus per actum imperii applicans potentiam executivam ad inducendam formam artefacti, ad illud effectiva concurrevit; si etiam divina scientia non solum per directionem & ostensionem finis (quod pertinet ad scientiam simplicis intelligentiae) sed etiam per efficax imperium pertinens ad scientiam visionis influat in suum opus, in hoc tamen est disparitas, quod scientia artificis peracta operatione non amplius practica, sed speculativa versetur circa suum opus; nec proinde amplius sit practica & causativa ipsius: dum tamen divina scientia visionis circa res creates manet practica & causativa.

18. Objic. tertio. Scientia supponens suum objectum, non est causa ipsius: sed scientia visionis supponit suum objectum: ergo illud non causat. Minor probatur: primo ex illo Gen. 1. vidit DEUS cuncta, que fecerat, & erant valde bona, ubi productio creaturarum distinguitur ab eorum visione, illique presumitur. Secundo quia scientia requirens existentiam ex parte sui objecti, debet illud productum supponere, prout etiam fit in visione oculi corporei: sed scientia visionis hoc ipso quod sit intuitiva, requirit existentiam exercitam ex parte objecti: ergo debet illud productum supponere.

Confirm. Efficax DEI Decretum presupponitur ad scientiam visionis, sed illud habet pro termino rerum existentiarum, ergo etiam rerum existentia presupponit ad scientiam visionis.

Resp. neg. min. ad cuius primam probationem Resp. cum Gonet, in illo loco visionem rerum productarum significare scientiam visionis practice conservativam ipsarum, quae feme tipam tantum primò productivam presupponit, & de qua loquitur D. Greg. existentia videndo continet.

Ad alteram probationem vel nego vel distinx. go maj. Scientia requirens existentiam ex parte objecti, si sit limitata & mensurata ab objecto: item si non sit simul eminenter formaliter speculativa & practica, presupponit objectum, conc. scientia illimitata mensurans objectum, simul eminenter speculativa & practica, nego maj. sed scientia visionis requirit existentiam objecti, ut tamen respectu ipsius sit mensurans, eminenter formaliter speculativa & practica, conc. lecus, nego minorem, & consequentiam.

Ad Confirmationem Resp. Efficax decretum, DEI habet pro termino rerum existentiarum inchoatum & incompletum, conc. completam nego, ergo rerum existentia inchoata & incompleta presupponit scientiam, transfeat: completa, nego: haec qui propter requirit executionem: executio autem pertinet ad imperium, quod est actus scientiae practicae.

Objicies quartio. Si scientia visionis esset causa rerum, sequeretur primo, quod DEUS esset causa malorum, & peccatorum: quia etiam ista cadunt sub DEI providentiam, & scientiam visionis. Secundo, quod tolleretur libertas arbitrii: nam suppositio antecedens imponit rebus necessitatem: sed suppositio causalitatis, quae divina scientia causat actus nostrae voluntatis esset antecedens, ergo causat necessebitur ipsum.

Resp. negando utramque sequelam. Et pri-
mam probationem distinguo, mala & peccata
dant sub scientiam visionis, quatenus est scientia
permissionis, & conjuncta cum decreto permisivo,
concedo, (& sic est scientia purè speculativa,
non practica) quatenus est scientia approba-
tionis, conjuncta videlicet cum voluntate &
creto efficaci positivo, nego, atque tunc solum est
practica & causa rerum, quando cum positivo &
efficaci decreto approbate conjugatur.

Ad secundam probationis sequelam Respondeo:
suppositio antecedens, que non descendit à primo
libero, neque ex te profundit libertatem, can-
dem tollit, conc. quae descendit à primo libero,
& ex te profundit non tantum ipsam rationem en-
titatis, sed & modos entis, libertatem, necessi-
tatem, &c. nego. sed de hoc inferius plura.

Collige ex dictis, scientiam DEI, quatenus
est simplicis intelligentiae, & terminata ad esse-
ntias possibilis, esse abstractivam: eadem vero,
quatenus est scientia visionis terminata ad resili-
quando existentes, sic esse intuitivam: quia in-
tuactiva est & dicitur, quae considerat rem quatenus
substantem exercitio realis existentia; ab-
stractiva vero quae praescindit à praedicto ex-
ercito.

DISPUTATIO XIII.

DE

Scientia futurorum contingentium.

Gravissima, nec non ad fundandam certitudinem Divinæ prædestinationis necel-
larij præmittenda, magnoque partium studio semper agitata diffiultas est, un-
de